EX PHILOSOPHIS.

*Hermes Trismegistus*
*Geber Abenhaen*
*Aristoteles*
*Alexander Rex Macedoniæ*
*Suidas*
*Ray. Lullius*
*Marsilius Ficinus*
*Plinius Alchemista*
*Io. Dastinus*
*Bernardus Comes Treuerus*
*Io. Picus Mirandula.*

EX POETIS.

*Virgilius.*

LIBELLVS,

# QVI TESTAMENTVM ARNALDI A VILLA NOVA INSCRIBITVR.

LAPIS Philosophorum de terra scaturiens in igne perficitur seu exaltatur: limpidissimæ aquæ potu satiatus ad minus horis duodecim vndique visibiliter tumens. Deinde in stupha positus aëris sicci & mediocriter calidi vapore depuratus extraneo soliditatem suarum partium adipiscitur, & a humore extenuatus superfluo, fit aptus contritioni. Quibus peractis, ex purioribus eius partibus virgineum lac exprimitur, quod confestim in Ouum Philosophorum positum, tamdiu pullifica concoctione foueri non desinit, donec colorum varietate denudatus cum compare suo in niueo colore lætificat, & extunc sine metu periculi, sustinet pœnas ignis crescentis, donec colore tinctus purpureo, egrediatur ex monumento cum regia potestate.

FINIS.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn277991331/36 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG